

Gl. Ed 27a, Catholic Univ.

catholic University of America,  
Kalendarium Facultatis  
Theologicae...  
AEK 4704

# KALENDARIUM

FACULTATIS THEOLOGICAE

UNIVERSITATIS CATHOLICAE AMERICAE

PRO ANNO SCHOLASTICO


1891-92.

---

WASHINGTONII :

TYPIS GUL. H. LEPLEY.

1891.



W.C.  
15

# KALENDARIUM

FACULTATIS THEOLOGICAE

UNIVERSITATIS CATHOLICAE AMERICAE

PRO ANNO SCHOLASTICO

1891-'92.

---

WASHINGTONII :  
TYPIS GUL. H. LEPLEY,  
1891.

341

## INDEX RERUM.

	Pag.
INSTRUCTIO PRO IIS QUI, POST PRAEVIMUM CURSUM THEOLOGICUM ALIBI LAUDABILITER FACTUM, STUDIA SUPERIORA IN UNIVERSITATE CATHOLICA AMERICAE AGGREDIUNTUR ET HONORUM GRADUS PROSEQUUNTUR, . . . . .	5
INSTRUCTIO PRO IIS QUI GRADUS APUD NOSTRAM UNIVERSITATEM AMBIUNT, QUIN STUDIA THEO- LOGICA IN EA PEREGERINT, . . . . .	15
ARGUMENTA PRAELECTIONUM, . . . . .	17
TABELLA PRAELECTIONUM, . . . . .	21
KALENDARIUM SCHOLASTICUM, . . . . .	22

**Deacidified**



## INSTRUCTIO

PRO IIS QUI, POST PRAEVIMUM CURSUM THEOLOGICUM  
ALIBI LAUDABILITER FACTUM, STUDIA SUPERIORA IN  
UNIVERSITATE CATHOLICA AMERICAE AGGREDIUNTUR  
ET HONORUM GRADUS PROSEQUUNTUR. (CF. CONST.  
FACULT. THEOL., C. IV., a. 7.)

---

### A. DE RATIONE STUDIORUM.

#### I.

Secundum “Constitutiones proprias Sacrarum Scientiarum scholae in magno Americanorum Lyceao” id imprimis haec schola spectat ut in ea “juvenes ingenio et virtute praevalentes, consueto studiorum absoluto cursu, disciplinis theologicis vel juri canonico aut philosophicis una cum naturalibus scientiis, aliisque quae viros ecclesiasticos nostrates decent, tres quatuorve annos impendere atque majori doctrinae copia exornari” possint. (c. I., a. 1.)

#### II.

“In hoc proinde Sacrarum Scientiarum curriculo abunde per quatuor saltem annos tradentur ea omnia quae nosse Theologum decet; Theologia nempe Fidei sive rerum credendarum, una cum Ethice sacra, Historia Religionis a primis inde temporibus, rerumque in Ecclesia gestarum ad nostram usque aetatem; Leges

Sacrorum Rituum, et accurata Sanctorum Patrum veterumque scriptorum cognitio. Quibus accendent interiora et penitus abdita Philosophiae arcana, ceteraeque Eloquentiae et Bonarum Artium disciplinae quarum ope auxilia ad sacram doctrinam optima parantur. Ante omnia vero auditores in sacrosanctis utriusque Foederis Libris interpretandis, exponendis, acerrimeque tutandis instituentur. Quoad Jus Canonicum erigentur cathedrae Institutionum ac Textus, nec non Juris Publici ecclesiastici.” (Ibid., a. 2.)

## III.

At amplissimus ille doctrinarum campus visus est apte dividi posse in quatuor magnas provincias, suis limitibus distinctas; quarum

*Prima* continet scientias *Biblicas*, exegesim nempe, introductionem generalem et specialem; porro linguas sacras; geographiam et historiam; institutiones religiosas et civiles.

*Secunda*, scientias *Dogmaticas*, theologiam fundamentalem et dogmaticam proprie dictam: positivam, polemicam, scholasticam seu speculativam;

*Tertia*, scientias *Morales*, nimirum ethicam sacram: fundamentalem, decalogalem et sacramentalem; liturgiam, jus canonicum,\* atque theologiam asceticam;

*Quarta*, scientias *Historicas*, scilicet historiam Ecclesiae universim, patrologiam, historiam conciliorum; praeterea scientias auxiliatrices, chronologiam, archaeologiam Christianam, palaeographiam et numismaticam.

---

\* Facultas distincta juris canonici posthac constituetur.

## IV.

Qua provinciarum distributione fiet, ut dupli via ac methodo suam studiorum rationem instituere auditores possint.

Vel enim in theologiam universim incumbere satagent, ut penitiori scientia et eruditionis copia theologi partes, quantum per temporis brevitatem licet, pro viribus expleant. Id si contigerit, ex singulis provinciis partem praecipuam amplectentur, scilicet Exegesim, Theologiam Dogmaticam, Theologiam Moralem, atque partem saltem Historiae Ecclesiasticae.

Vel si qui in certa aliqua disciplina, ad quam animis natura sive propensione ingenii facultatibus magis comparati esse videantur, perfectam quandam doctrinae eruditionisque formam adipisci cupiunt: unam provinciam speciali modo pertractandam eligent omnibusque, quae ad eam spectant, materiis et lectionibus operam dabunt. Summopere exoptandum est, ut optionem illam auditores faciant ex proprii episcopi judicio antequam Universitatem ingressi fuerint; alioquin cum Facultate consilia conferant. (Cf. Const. Fac. c. IV., a. 3.)

Si quis vero alumnus sive propter episcopi vel superioris sui mandatum sive ob aliam rationem satis gravem, varias disciplinas modo ab istis regulis alieno conjungere velit, id ei nonnisi ex Facultatis judicio atque consensu licebit.

Electione semel facta in iisdem studiis perseverent neque ab aliis ad alia sine Facultatis consensu transeam. (Cf. Sect. XII.)

Ceterum Facultas Theologica non ita sane specialem quandam sacrarum disciplinarum provinciam ab auditoribus tractandam curat, ut eum qui ceteris neglectis illam solam excoluerit, theologi partes explevisse censeat. Quamobrem discipulis inculcare satagit, ut intimae, quae inter scientias theologicas intercedit, necessitudinis sedulo ratio habeatur. Sic ex. gr. qui Sacras Literas excolunt, imbuantur oportet Christianorum Dogmatum scientia, sint assidui in SS. Patrum studio, atque in variis SS. Librorum linguis satis versati. In Theologia Dogmatica qui studium collocaverit, Sacrarum Literarum exegesi necnon Patrologiae institutionibus det operam. Theologiae Moralis auditor animum tam ad Historiarum quam ad Legum Ecclesiasticarum studium referat, neque in Theologia Dogmatica eidem peregrinum esse fas est. Historiae Ecclesiasticae qui se dederit, instructus sit in Theologia Morum atque Juris Canonici et Civilis peritus.

Licet ad Facultatem nostram solae pertineant scientiae sacrae, sunt tamen quaedam disciplinae profanae, quarum apud nos peculiari modo ratio haberi debet, sive quia ex eis difficultates contra revelationem depronuntur, sive quia ad eam defendendam inde petuntur auxilia. Hinc intelligitur quantum Facultas nostra theologica prefectura sit ex aliis facultatibus, maxime vero philosophica, quae, Deo juvante, brevi instinentur. Interim, ad mentem Concilii Baltimorensis III., n. 182, invitantur alumni nostri, ut sedulo utantur adjumentis haud mediocribus, quae ipsis jam praesto

sunt, ad notitiam sibi comparandam Geologiae, Palaeontologiae, Biologiae, Physiologiae, Psychologiae, Oeconomiae politicae et socialis, etc. In his enim scientiis theologus, qui hoc nomine dignus haberi velit, hospes non sit oportet.

## B. DE RATIONE EXAMINUM AD GRADUS CONSEQUENDOS.

### VII.

Constitutiones nostrae, c. IV., a. 7 sqq., tum de examinum materia tum de servando temporis inter ipsa intervallo, praescribunt *minimum* quoddam, infra quod descendere non liceat. Rebus autem mature consideratis, visum est in hoc infimo gradu sistendum non esse, sed altiora petenda; quod consilium ratum habuerunt ii qui, sub supra *ma* Sedis Apostolicae auctoritate, rectae studiorum rationi in Universitate nostra tuendae praesunt. (Cf. Const. Gen. c. II., a. 1.)

### *De Baccalaureatu.*

### VIII.

Ad Baccalaurei dignitatem nemo regulariter admittetur, nisi qui in seminario integrum tum philosophiae tum theologiae curriculum cum laude fuerit emensus.

### IX.

Cum Baccalaurei gradus sit quodammodo eorum studiorum fructus et corona, quibus seminarii cursus completetur, alumni examen istud statim post ingressum in hanc Almam Universitatem subeant oportet.

Duplici experimento praedictum examen perficietur, in scriptis videlicet et viva voce.

Periculum *scriptum* constabit quibusdam quaestioni-  
bus de theologia dogmatica et morali, S. Scriptura,  
historia ecclesiastica, jure canonico et lingua hebraica,  
ad quarum solutionem conceditur spatium quatuor  
saltem horarum. Excluditur autem quodcumque libro-  
rum adminiculum, praeter textus S. Scripturae et  
Conciliorum Tridentini ac Vaticani, vel lexica, si opus  
fuerit.

In examine vero *orali* per unam saltem horam can-  
didatus respondebit quaestionibus a Professoribus juxta  
programma singulis annis edendum propositis.

#### *De Licentiatu.*

Nullus regulariter ad certandum pro Licentiatu  
admitti potest, nisi duobus ab adepto Baccalaureatu  
elapsis annis.

Candidatus eidem studio sive generali sive speciali  
(Cf. Sect. iv.) per duos annos constanter addictus et in  
audiendis lectionibus assiduus fuerit oportet.

Praeterea examini in scriptis, quod exeunte anno  
scholastico omnes auditores de rebus ab ipsis eo anno  
pertractatis subire tenentur, sub finem primi anni plene  
satisfecerit.

## XIII.

Ipsum examen in *scriptis* pro obtinendo Licentiatu sequentibus continebitur: (a) Non requiritur quidem dissertatio prelo subjicienda; ut tamen specimine exhibito candidati probent, se etiam scriptura de re theologica acute et erudite posse disserere, ultima hebdomada ante ferias paschales ipsis apud Universitatem a Professoribus assignabitur argumentum, quod absque librorum adminiculo, ut supra Sect. x., scripto evolvant; (b) huic dissertatione conficiendae spatium sex horarum concedetur; (c) argumentum assumetur ex ipsa materia examinis, scilicet ex provincia speciali, si talem candidatus excoluerit; ex theologia dogmatica, vel morali, si juxta conditiones supra Sect. iv. expositas examen sit subiturus; (d) *dissertatio* consribenda est *latine*, si argumentum fuerit *theologicum*; latina vel vernacula lingua, si argumentum ex Scriptura, ex Theol. fundamentali, ex Historia petitum fuerit.

## XIV.

Ad examen *orale* quod spectat, candidatus ex diversis disciplinis sacris eliget, salva approbatione Facultatis, *quinquaginta* theses ab ipso congruam in formam redactas.

Distributio theseon juxta regulas sequentes fieri debet:

(a) Qui studium speciale prosecuti fuerint, *triginta* theses de provincia speciali, *viginti* vero ex ceteris disciplinis sacris, praesertim ex proxime connexis, cum Facultatis consensu seligent. Provincia vero specialis ea omnino intelligenda est, quae supra Sect. III. describi-

tur, ita ut ex variis ejus partibus *simul sumptis* triginta theses eligi debeant, triginta tantum eligi possint. Quo in delectu in primis disciplinae principalis rationem habendam esse manifestum est. Porro in materiis specialibus candidati specimina praebeant necesse est scientiae profundioris, in reliquis vero solidae saltem eruditionis, ita ut appareat eos inoffenso pede campum scientiae sacrae percurrere posse.

(b) Ab iis vero candidatis qui theologiae universim spectatae operam navaverint, theses eligentur *decem* ex singulis quatuor disciplinis primariis seu fundamentalibus; decem reliquias deligendi arbitrium ipsis permittitur.

(c) Theses sumentur ex iis, quae Professores per duos annos in scholis explicaverint. Quod si haec Facultati non satis amplam examinis materiam suppeditare visa fuerint, suppleri poterunt ad scitis thesibus ex aliis ejusdem disciplinae partibus.

(d) Theses suas candidatus primo privatim coram Facultatis doctoribus per unam saltem horam defendet; deinde typis mandatas publice propugnabit. Quod examen publicum per duas circiter horas durabit.

(e) *Theses efferendae sunt latine*, nisi ob speciale alicuius disciplinae argumentum Facultas aliter censeat.

*Defensio* theseon *theologicarum* latine est habenda; pro aliis lingua vernacula uti licet.

#### *De Doctoratu.*

#### xv.

Quod de gradibus academicis universim Constitutiones generales contendunt, scilicet ut “nemo unquam academico aliquo gradu augeatur, nisi ob singularia

omnino merita praecellentemque in scientiis peritiam" (c. ix., a. 2), id maxime ad gradum Doctoratus in Sacra Theologia pertinere liquet. Hunc igitur honorem nostris fas non erit appetere, nisi secundo ad minus expleto anno inde a Licentiatu.

## XVI.

Requiritur ut a candidato "tractatus aliquis veri solidique valoris in scriptis conficiatur" (Const. Fac. Th., c. ix., a. 10). Jamvero (*a*) in tractatu illo disseratur oportet peculiare scientiae sacrae argumentum, approbante Facultate theologica ab ipso candidato delectum; (*b*) libellus manu scriptus Doctorum Facultatis judicio tempore opportuno subjiciendus; dein (*c*) typis vulgandus est. Sciant autem candidati, argumentum, de quo sibi disserere proposuerunt, ea ratione tractandum esse ut exinde non solum fructus proprii profundiorisque studii appareat, sed ut res quoque ipsa vel novis accitis testimoniis aut demonstrationibus, vel probationibus dilucide expositis apteque inter se colligatis, nova vel saltem clariore luce collustrata ab eruditis cernatur. Quare non jejune vel mere synoptice, sed accurate ac plene instituenda est dissertatio. Ea autem typis descripta volumen centum saltem paginarum in octavo compleat.

## XVII.

Theses publice defendendae, quae etiam, postquam a Facultate approbatae fuerint, typis mandari debent et dissertationi adjungi, erunt (praeter eas quae argumentum dissertationis constituant) *septuaginta quinque*

numero, quarum tum ex universa theologia tum ex materia speciali delectus fiet juxta principia supra pro Licentiatu, Sect. XIV. statuta, hoc tamen discrimine, ut *viginti quinque* sumi possint ex materia quam dicemus *specialissimam* (puta in provincia scientiarum bibliarum ex Evangeliiis, in provincia scientiae dogmaticae ex tractatu de Deo Uno et Trino, etc.); item *viginti quinque* ex sectione speciali; aliae denique *viginti quinque* ex ceteris disciplinis theologicis. Oportet vero provinciam specialem eandem, quae in Licentiatu, etiam in Doctoratu obtinere.

## XVIII.

Defensio theseon et dissertationis publice fiet hoc modo: duobus successivis diebus, per tres circiter horas, candidatus theses suas suamque dissertationem propugnabit, facta cuilibet arguendi facultate; exordiatur tamen semper aliquis Professor Facultatis. Disputatio alterius diei eandem vim habebit, sed majorem quandam pree se feret solemnitatem, siquidem praesentibus RR<sup>mis</sup> Episcopis aliisque specialiter invitatis locum habebit.

## XIX.

Qui examina feliciter subierint, creantur Licentiati vel Doctores *in Sacra Theologia*. Si quis vero specialium studiorum specimina exhibuerit, hujus rei in diplomate mentio fiet.

# INSTRUCTIO

PRO IIS QUI GRADUS APUD NOSTRAM UNIVERSITATEM  
AMBIUNT, QUIN STUDIA THEOLOGICA  
IN EA PEREGERINT.

---

## I.

“Ex Senatus Academicci judicio ad certamina consueta admitti poterunt exterorum quoque Collegiorum alumni, qui studiis paribus peractis, exhibitis ut supra attestationibus, ex permisso Antistitis sui aliorumve quibus jure sacrorum subjecti sunt, ad honores Magni Lycaeи consequendos contendere cupiunt.” (Const. F. Th., c. iv., a. 8.)

## II.

Itaque exteri, nisi rationes omnino speciales sive aetatis sive spectatae doctrinae sive peculiarium testimoniorum in casibus extraordinariis aliud forte susserint, ad gradus consequendos admitti nequeunt nisi debitibus exhibitis attestationibus, paribusque cum nostris peractis studiis. Ea scilicet persolverint oportet studia, quae respondeant studiis a nostris alumnis juxta regulas supra expositas requisitis.

## III.

Hinc admissio ad examen pro obtinendo Baccalaureatu tres saltem annos studii theologici supponit;

Licentiatus vero duos insuper annos studii profundiорis requirit; quo fit ut ad hunc gradum aspirare nequeat nisi qui quinque saltem annos theologicis studiis tribuerit. De Doctoratu valet regula supra Sect. xv. statuta.

## IV.

Nullus exterorum candidatorum per saltum, inter mediis scilicet examinibus omissis, ad gradus academicos promoveatur. Si tamen in eujusdam candidati favorem militent rationes omnino particulares et extraordinariae, dispensari cum ipso poterit: facilius tamen quoad Baccalaureatum quam quoad Licentiatum.

## V.

Non tenentur exteri ad theses seligendas atque defendendas secundum ea quae in hac Alma Universitate a singulis Professoribus tradita fuerint; attamen exigetur materia aequivalens, ita ut tum quoad ipsos tum quoad alumnos nostros omnimoda servetur conditionum aequalitas.

## ARGUMENTA PRAELECTIONUM.

---

### I. SCIENTIAE BIBLICAE.

#### A. SCRIPTURA SACRA.

Rev. Dr. C. Grannan:

- a. *Introductio Generalis*, diebus Lunae et Mercurii, h. 4½ p. m.
- b. *Interpretatio Exegetica Prophetiarum Messianicarum*, diebus Martis et Saturni, h. 9½ a. m.

#### B. LINGUAES ORIENTALES.

Rev. Dr. H. Hyvernat:

- a. *In lingua HEBRAICA penitior expositio morphologye verbi et nominis, adjuncta interpretatione philologica libri I. Regum*, diebus Lunae, Mercurii et Veneris, h. 9½ a. m., ab initio anni usque ad Quadragesimam; postea vero die Mercurii tantum.
- b. *Elementa linguae ASSYRO-BABILONICAE cum explicatione textuum selectorum ex opere Dris Fred. Delitzsch, cui titulus "Assyrische Lestuecke," edit. 3<sup>a</sup>*; diebus Martis h. 4½ p. m., et Saturni h. 5½ p. m. (et frequentius, si necesse fuerit) ab initio anni usque ad Quadragesimam.

- c. Grammatica SYRIACA, adjecta interpretatione  
textuum ex Chrestomathia Syriaca Geo. Henr.  
Bernstein; diebus Lunae et Veneris h. 9½ a. m.,  
inde a Quadragesima usque ad finem anni.
- d. Elementa linguae ARABICAE. Explicabuntur  
textus desumpti ex volumine primo "Florilegii  
Literarii" (Majni al-adabi) PP. S. J., diebus  
Martis, h. 4½ p. m., et Saturni, h. 5½ p. m.—a  
Quadragesima inde ad finem anni.

## II. SCIENTIAE DOGMATICAЕ.

### A. THEOLOGIA FUNDAMENTALIS.

Rev. Dr. J. Pohle:

*De Criteriis et existentia Divinae Revelationis,*  
diebus Lunae, hora 8½ a. m., Mercurii, hora 11½  
a. m., Veneris et Saturni, hora 4½ p. m.

### B. THEOLOGIA DOGMATICA.

Rev. Dr. J. Schroeder:

*De Spiritus Sancti Processione aeterna et tem-*  
*porali, diebus Martis, Mercurii, Veneris et Sa-*  
*turni, h. 8½ a. m.*

## III. SCIENTIAE MORALES.

### A. THEOLOGIA MORALIS.

Rev. Dr. Th. Bouquillon:

*Quaestiones theologico—sociales de Caritate et*  
*Justitia, diebus Lunae, Martis, Veneris et Sa-*  
*turni, h. 10½ a. m.*

## B. JUS CANONICUM.

Rev. Dr. S. G. Messmer :

- a. *De Re Matrimoniali*, diebus Lunae et Mercurii, h. 11½ a. m., Veneris et Saturni, h. 4½ p. m., ab initio anni usque ad Quadragesimam.
- b. *De Relatione Ecclesiam inter et Societatem Civilem*, iisdem diebus et horis, a Quadragesima usque ad finem anni.

## C. PSYCHOLOGIA.

Rev. Dr. E. Pace :

*Quaestiones selectae de Psychologia Experimentali et Rationali*, diebus Lunae, Martis, Mercurii et Saturni, h. 8½ a. m.

## IV. SCIENTIAE HISTORICAE.

## HISTORIA ECCLESIASTICA.

## A. Sectio Prima.

Rev. Dr. Th. Shahan :

- a. *Quaestiones selectae ex primis sex saeculis*, diebus Lunae, h. 4½ p. m.; Martis et Veneris, h. 11½ a. m.
- b. *Institutiones Patrologiae*, die Mercurii, h. 5½ p. m.

## B. Sectio Secunda.

Rev. Dr. Th. O'Gorman :

*Quaestiones selectae ex saeculo XVI.*, diebus Martis, h. 4½ p. m.; Mercurii, h. 10½ a. m.; Veneris, h. 9½ a. m.; Saturni, h. 11½ a. m.

## LECTIONES ALUMNORUM COMMUNES.

Rev<sup>mus</sup> Dr. J. J. KEANE explicabit *naturam et regulas Eloquentiae Sacrae* die Lunae, h. 5½ p. m.

Rev. Dr. J. HOGAN lectiones habebit de *Theologia Ascetica*.

C1. C. W. STODDARD enarrabit *Literas Anglicas* diebus Martis et Veneris, h. 5½ p. m.

PUBLICAE LECTIOINES (quibus externi quoque interesse permittuntur) praesertim de argumentis cum sacra scientia connexis, fient singulis diebus Jovis, h. 4½ p. m.

## NOTA.

Singuli professores Facultatis pro temporis rerumque opportunitate semel per hebdomadem sic dictos *circulos academicos* cum auditoribus suis instituent.

Exercitationes vero publicae seu *disputationes* locum habebunt diebus adhuc determinandis.

## SEPTEMBER. 1891.

22. Mar.—Vacat.	Incipiunt exercitia spiritualia.
23. Mer.— "	
24. Jov. — "	
25. Ven.— "	
26. Sat. — "	Terminantur exercitia spiritualia.
27. DOM. 19 p. Pent.	Solemnia scholarum auspicia.
28. Lun.—Vacat. †	
29. Mar.— <i>Docetur.</i>	
30. Mer.— "	

## OCTOBER.

1. Jov. —Vacat.	
2. Ven.— <i>Docetur.</i>	
3. Sat. — "	Facultatis adunatio.
4. DOM. 20 p. Pent.	
5. Lun.— <i>Docetur.</i>	
6. Mar.— "	
7. Mer.— "	
8. Jov. —Vacat.	
9. Ven.— <i>Docetur.</i>	
10. Sat. — "	
11. DOM. 21 p. Pent.	
12. Lun.— <i>Docetur.</i>	
13. Mar.— "	
14. Mer.— "	
15. Jov. —Vacat.	
16. Ven.— <i>Docetur.</i>	
17. Sat. — "	
18. DOM. 22 p. Pent.	
19. Lun.— <i>Docetur.</i>	
20. Mar.— "	
21. Mer.— "	
22. Jov. —Vacat.	
23. Ven.— <i>Docetur.</i>	
24. Sat. — "	
25. DOM. 23 p. Pent.	
26. Lun.— <i>Docetur.</i>	
27. Mar.— "	
28. Mer.— "	
29. Jov. —Vacat.	
30. Ven.— <i>Docetur.</i>	
31. Sat. — "	

## NOVEMBER.

1. DOM. 24 p. Pent.	Facultatis adunatio.
2. Lun.— <i>Docetur.</i> †	
3. Mar.— “	
4. Mer.— “	
5. Jov. —Vacat.	
6. Ven.— <i>Docetur.</i>	
7. Sat. — “	
8. DOM. 25 p. Pent.	
9. Lun.— <i>Docetur.</i>	
10. Mar.— “	
11. Mer.— “	
12. Jov. —Vacat.	
13. Ven.— <i>Docetur.</i>	
14. Sat. — “	
15. DOM. 26 p. Pent.	
16. Lun.— <i>Docetur.</i>	
17. Mar.— “	
18. Mer.— “	
19. Jov. —Vacat.	
20. Ven.— <i>Docetur.</i>	
21. Sat. — “	
22. DOM. 27 p. Pent.	
23. Lun.— <i>Docetur.</i>	
24. Mar.— “	
25. Mer.— “	
26. Jov. —Vacat. †	Reipublicae gratulatio.
27. Ven.— <i>Docetur.</i>	
28. Sat. — “	
29. DOM. 1 Advent.	
30. Lun.— <i>Docetur.</i>	

## DECÉMBER.

1. Mar.— <i>Docetur.</i>	
2. Mer.— “	
3. Jov. —Vacat.	
4. Ven.— <i>Docetur.</i>	
5. Sat. — “	
6. DOM. 2 Advent.	
7. Lun.— <i>Docetur.</i>	Facultatis adunatio.
8. Mar.—Vacat. †	
9. Mer.— <i>Docetur.</i>	Festum patronale Universitatis.
10. Jov. —Vacat.	

11. Ven.—*Docetur.*  
 12. Sat. — “  
 13. Dom. 3 Advent.  
 14. Lun.—*Docetur.*  
 15. Mar.— “  
 16. Mer.— “  
 17. Jov. —Vacat.  
 18. Ven.—*Docetur.*  
 19. Sat. — “  
 20. Dom. 4 Advent.  
 21. Lun.—*Docetur.*  
 22. Mar.— “  
 23. Mer.— “  
 24. Jov. —

Incipiunt feriae natalitiae.

FERIAE NATALITIAE.

JANUARIUS. 1892.

4. Lun.—  
 5. Mar.—*Docetur.*  
 6. Mer.— “ +  
 7. Jov. —Vacat. +  
 8. Ven.—*Docetur.*  
 9. Sat. — “  
 10. Dom. 1 p. Epiph.  
 11. Lun.—*Docetur.*  
 12. Mar.— “  
 13. Mer.— “  
 14. Jov. —Vacat.  
 15. Ven.—*Docetur.*  
 16. Sat. — “  
 17. Dom. 2 p. Epiph.  
 18. Lun.—*Docetur.*  
 19. Mar.— “  
 20. Mer.— “  
 21. Jov. —Vacat.  
 22. Ven.—*Docetur.*  
 23. Sat. — “  
 24. Dom. 3 p. Epiph.  
 25. Lun.—Vacat. +  
 26. Mar.—*Docetur.*  
 27. Mer.— “  
 28. Jov. —Vacat.  
 29. Ven.—*Docetur.*  
 30. Sat. — “  
 31. Dom. 4 p. Epiph.

Terminantur feriae natalitiae.

Facultatis adunatio.

Festum patronale Facultatis Theol.

## FEBRUARIUS.

- |                           |                          |
|---------------------------|--------------------------|
| 1. Lun.— <i>Docetur.</i>  |                          |
| 2. Mar.— “ +              |                          |
| 3. Mer.— “                |                          |
| 4. Jov. —Vacat.           |                          |
| 5. Ven.— <i>Docetur.</i>  |                          |
| 6. Sat. — “               |                          |
| 7. DOM. 5 p. Epiph.       | Facultatis adunatio.     |
| 8. Lun.— <i>Docetur.</i>  |                          |
| 9. Mar.— “                |                          |
| 10. Mer.— “               |                          |
| 11. Jov. —Vacat.          |                          |
| 12. Ven.— <i>Docetur.</i> |                          |
| 13. Sat. — “              |                          |
| 14. SEPTUAGESIMA.         |                          |
| 15. Lun.— <i>Docetur.</i> |                          |
| 16. Mar.— “               |                          |
| 17. Mer.— “               |                          |
| 18. Jov. —Vacat.          |                          |
| 19. Ven.— <i>Docetur.</i> |                          |
| 20. Sat. — “              |                          |
| 21. SEXAGESIMA.           |                          |
| 22. Lun.—Vacat.           | Natalis Geo. Washington. |
| 23. Mar.— <i>Docetur.</i> |                          |
| 24. Mer.— “               |                          |
| 25. Jov. —Vacat.          |                          |
| 26. Ven.— <i>Docetur.</i> |                          |
| 27. Sat. — “              |                          |
| 28. QUINQUAGESIMA.        |                          |
| 29. Lun.— <i>Docetur.</i> |                          |

## MARTIUS.

- |                           |                                  |
|---------------------------|----------------------------------|
| 1. Mar.— <i>Docetur.</i>  |                                  |
| 2. Mer.— “ +              |                                  |
| 3. Jov. —Vacat.           |                                  |
| 4. Ven.— <i>Docetur.</i>  |                                  |
| 5. Sat. — “               |                                  |
| 6. QUADRAGESIMA.          | Facultatis adunatio.             |
| 7. Lun.—Vacat. +          | Festum patronale scholarum cath. |
| 8. Mar.— <i>Docetur.</i>  |                                  |
| 9. Mer.— “                |                                  |
| 10. Jov. —Vacat.          |                                  |
| 11. Ven.— <i>Docetur.</i> |                                  |
| 12. Sat. — “              |                                  |

13. DOM. 2 Quadrag.  
 14. Lun.—*Docetur.*  
 15. Mar.— “  
 16. Mer.— “  
 17. Jov. —Vacat. †  
 18. Ven.—*Docetur.*  
 19. Sat. — “  
 20. DOM. 3 Quadrag.  
 21. Lun.—*Docetur.*  
 22. Mar.— “  
 23. Mer.— “  
 24. Jov. —Vacat.  
 25. Ven.—*Docetur.* †  
 26. Sat. — “  
 27. DOM. 4 Quadrag.  
 28. Lun.—*Docetur.*  
 29. Mar.— “  
 30. Mer.— “  
 31. Jov. —Vacat.

## APRILIS.

1. Ven.—*Docetur.*  
 2. Sat. — “  
 3. DOM. PASSIONIS.  
 4. Lun.—*Docetur.*  
 5. Mar.— “  
 6. Mer.— “  
 7. Jov. —Vacat.  
 8. Ven.—*Docetur.*  
 9. Sat. —

Facultatis adunatio.

Incipiunt feriae paschales.

## FERIAE PASCHALES.

25. Lun.—  
 26. Mar —*Docetur.*  
 27. Mer.— “  
 28. Jov. —Vacat.  
 29. Ven.—*Docetur.*  
 30. Sat. — “

Terminantur feriae paschales.

## MAJUS.

1. DOM. 2 p. Pascha.  
 2. Lun.—*Docetur.*  
 3. Mar.— “  
 4. Mer.— “

Facultatis adunatio.

5. Jov. — Vacat.  
 6. Ven. — *Docetur*.  
 7. Sat. — “  
 8. DOM. 3 p. Pascha.  
 9. Lun. — *Docetur*.  
 10. Mar. — “  
 11. Mer. — “  
 12. Jov. — Vacat.  
 13. Ven. — *Docetur*.  
 14. Sat. — “  
 15. DOM. 4 p. Pascha.  
 16. Lun. — *Docetur*.  
 17. Mar. — “  
 18. Mer. — “  
 19. Jov. — Vacat.  
 20. Ven. — *Docetur*.  
 21. Sat. — “  
 22. DOM. 5 p. Pascha.  
 23. Lun. — *Docetur*.  
 24. Mar. — “  
 25. Mer. — “  
 26. Jov. — Vacat.  
 27. Ven. — *Docetur*.  
 28. Sat. — “  
 29. DOM. p. Ascens.  
 30. Lun. — Vacat. †  
 31. Mar. — *Docetur*.

Festum Ascensionis D. N. J. C.

Decorantur sepultra militum.

## JUNIUS.

1. Mer. — *Docetur*.  
 2. Jov. — Vacat.  
 3. Ven. — *Docetur*.  
 4. Sat. — “  
 5. DOM. PENTECOSTES.  
 6. Lun. — *Docetur*.  
 7. Mar. — “  
 8. Mer. — “  
 9. Jov. — Vacat.  
 10. Ven. — *Docetur*.  
 11. Sat. — “  
 12. DOM. TRINITATIS.  
 13. Lun. — *Docetur*.  
 14. Mar. — “  
 15. Mer. — “  
 16. Jov. —

Facultatis adunatio.

Incipiunt feriae majores.

FINIS ANNI SCHOLASTICI.

